

Dibus aut diebus vite tue in mente habeto deum: et cauene aliqui peccato consuetas: et permittas precepta dei nostri. Et substantia tua fac elyam: et noli auertere facies tuas ab illo paupere. Ita enim fiet: ut nequa te auertat facies domini. Quod potuerit ita esto misericors. Si multum tibi fuerit abundanter tribue: si exiguum tibi fuerit: etiam exiguum libenter imperti stude. Premium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis: quoniam elya ab omni peccato et a morte liberat: et non patietur animas ire in tenebras. Fiducia magna erit coram domino deo elya omnibus facientibus eam. Attende tibi fili mi ab omni fornicatione: et propter uxorem tuam nunquam patiaris crimen scire. **Supbias** nunquam in tuo sensu aut in tuo verbo dominari permittas. *Nota* In ipsa enim inuitum sumplit omni peccato. Quicquid tibi aliquid operatus fuerit: statim ei mercedem restitue: et merces mercennarij tui apud te omnino non remaneat. Quod ab alio oderis fieri tibi: vide ne tu aliquid alteri facias. Panem tuum cum esuriens et egens comede: et de vestimentis tuis nudos tege. Panem tuum et vinum tuum super sepulturam inusti constitue: et noli ex eo manducare et bibere cum peccatoribus. Consilium solum a sapiente perquire. Di tibi benedic deum: et pete ab eo ut vias tuas dirigat: et omnia consilia tua in ipso permaneat. Indico etiam tibi fili mi: dedisse me decem talenta argenti: dum infantulus esses gabelo in rages civitate medorum: et chirographum eius apud me habeo. Et ideo perquire quod ad eum pervenias: et recipias ab eo supra memoratum pondus argenti: et restituas ei chirographum suum. Noli timere fili mi: pauperem quidem vitam gerimus: sed multa bona habebimus: si timuerimus deum: et recesserimus ab omni peccato: et fecerimus bene.

Hinc respondit tobias **IV.** patri suo: et dixit: Domine quicquid precepisti mihi: faciam et pater. Quod autem pecuniam habeam in rages: ignoro. Ille me nescit: et ego eum ignoro. Quod signum dabo ei: sed neque viam per quam pergat illum: aliquid cognovi. Tunc pater suus respondit illi: et

dixit. Chirographum quidem illi apud me habeo: quod dum illi ostenderis statim restituet. Sed pergenere nunc et inquire tibi aliquem fidelem virum: qui eat tecum salua mercede suadum adhuc vivo: ut recipias eam. Tunc egressus tobias invenit iuvenem splendidum: stantem sanctum: et quasi paratum ad ambulandum. Et ignorans quod angelus dei esset: saluta vit eum: et dixit: Unde te habemus bone iuvenis? At ille respondit. Ex filiis israel. Et tobias dixit ei: Posti viam quam ducit in regionem medorum? Cui respondit: Novum et omnia itinera eius frequenter ambulavi: et mansi apud gabellam fratrem nostrum: qui moratur in rages civitate medorum: quam posita est in monte egypti. Cui tobias ait: Sustine me obsecro: donec hec ipsa nuncie patri meo. Tunc ingressus tobias indicavit universa patri suo. Super quam admiratus perrogavit ut introiret ad eum. Ingressus itaque salutavit eum: et dixit: Gaudium tibi sit semper. Et ait tobias: Quale gaudium mihi erit: quod in tenebris sedeo: et lucem celum non video? Cui ait iuvenis: Forti alio esto: in primo est ut a deo cures. Dixit itaque illi tobias. Quod poteris perducere filium meum ad gabellam in rages civitatem medorum: et cum redieris: restitua tibi mercedem tuam. Et dixit ei angelus: Ego ducam: et reducam eum ad te. Cui tobias respondit. Rogo te: Indica mihi de quo timo: aut de quo tribu es tu? Cui raphael angelus dixit: Benignus quis mercennarius: an ipsam mercennarium quod cum filio tuo eat? Sed ne forte sollicitum te reddam: ego sum acarias: ananie magni filius. Et tobias respondit. Ex magno genere es tu: sed peto ne irascaris quod volueri cognoscere genus tuum. Dixit autem illi angelus. Ego sanum ducam: et sanum tibi reducam filium tuum. Respondens autem tobias ait: Bene ambulet: et sit dominus in itinere vestro: et angelus eius comitem vobiscum. Tunc patris omnibus qui erant in via portanda fecit tobias valde presertim suo: et matri sue: et ambulaverunt ambo simul. Tunc profectus essent: cepit mater eius flere et dicere: Baculum senectutis nostre tulisti: et transmissisti a nobis.